



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 95. Nonnulli abusus ab Vniversitate Parisiensi sublati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

ilegia,
Regis
hanc
cripta,
os.

sylo-

quem
la no-
illud,
m ac-
ns re-
afyli
gnum
patro-
grava-
tiones
ngien-
stitiae
frau-
, quæ
oliare
Maje-
s, in-
en in-
vigili-
m ju-
obse-
; non
enim

enim æquitati consonum est, quod gra-
tiae a Principibus concessæ in eorum
præjudicium vertantur, vel publicæ pa-
cis turbatores, ac scelera contra Princi-
pem, aut statum commissa impunitate
gaudeant. Hæc Pontificis Bulla, qua
nonnisi hosce tres articulos complecteba-
tur, promulgata, atque integra effectui
data est: quamvis vero Clerus sese eidem
opponere tentaret, nihilominus tamen
Henricus, cuius potentia jussis suis effi-
caciter suffragabatur, eo rem deduxit, ut
hæc Constitutio continuato usu sensim
invalesceret.

Sæcul. XV.

A.C. 1483.

§. XCV.

Nonnulli abusus ab Universitate
Parisiensi sublati.

Prava a scholaribus Parisiensis Univer- *Hist. Uni-*
sitatis consuetudo inducebatur, qua *vers. Paris.*
festivos dies S. Martini, S. Catharinæ, & *tom. I. p. 782.*
S. Nicolai, nec non Nationum & Colle- *Argentre ib.*
giorum solemnia, sicut & SS. trium Re- *coll. jud. to. 12.*
gum festivitatem variis delitiis profana- *p. 323.*
re solebant, simulque Musicos atque Hi-
striones, qui choreas agerent, aut carmi-
na penitus profana canerent, convoca-
bant. Igitur Parifina Facultas ejusn o-
di ludos deinceps edito decreto fieri
prohibuit, ac tantummodo permisit festum
ac solemnitatem trium Regum, sub hac ta-

B b 2

men

Sæcul. XV. men moderatione, ut chorearum lœtitia dum
A.C. 1489. taxat in Vigilia hujus festi, & post diem
Epiphanie post Vesperas, nihil vero ante
hoc tempus concedatur, ut divino Servitio
pleniū ac devotius intendatur. In præfato
autem festo, modo prius dicto, scilicet s̄ro
in Vigilia, & in die post Vesperas unus
solummodo Mimus, vel ad summum duo
permittantur. Denique debitæ poenæ
decernebantur adversus illos Scholares,
qui prædictam legem transgredi præsu-
merent.

§. XCVI.

Ferdinandus Neapolis Rex a Papa
anathemate perculsus.

*Surita Ann. lib 20. c. 82.
Vialard. in
vit. Innoc.
VIII.
Bzov. hoc
ann. 1489.*

Cum Ferdinandus Rex Neapolitanus
semper contumax, atque Apostolicæ
Sedi rebellis esset, ac insuper vestigal
jure beneficiario Ecclesiæ debitum pen-
dere detrectaret, illum summus Pontifex
die festo SS. Petri & Pauli post sole-
nia sacra in Ecclesia Vaticana publico a-
nathemate perculit, ac Regno Neapol-
itano privatum declaravit, eoquod multo-
rum criminum se reum indies exhibe-
ret, ipsosque Principes adversus IESU
Christi Vicarium sollicitaret. (*) In
prima

(*) Non modo ob denegatum vestigal ana-
themata